



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 161. Hujus Pontificis indeoles.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1409.

## §. CLXI.

*Hujus Pontificis indeoles.*

Ciacon. tom.  
2. p. 774.

Nemo Mortalium magis propitia unquam usus est fortuna, quam hic ipse Pontifex. Quippe parentibus tam dura egestate pressis natus erat, ut neque parentes, neque affines ullos cognosceret. Cum adhuc puer ostiatim sibi victimum quæreret, forte occurrebat cuidam Religioso Ordinis Minorum natione Italo, qui puerum præcipuo naturæ beneficio ad altiora natum, atque acutissima ingenii acie, necnon eximia memoriæ vi præditum esse cognoscens, Petrum ex misera vitæ suæ conditione vindicare statuit, eumque ipsus latinum edocuit sermonem, aliis vero in Philosophiæ, ac Theologiæ studio imbuendum tradidit, tandemque regulari Ordinis sui habitu induit. Postea vero ab eodem Religioso in Italiam delatus haud vulgaria ingenii, ac doctrinæ suæ specimina edidit, adeo, ut a Superioribus suis scholas Celeberrimorum Professorum in Oxoniensi & Parisiensi Universitatibus adire permisus effet. In Longobardiam rediens suis sermonibus, & præclara animi prudentia tantam nominis sui famam fibi conciliabat, ut Joannes Galleatus, Mediolanensis Vicecomes ipsum a suis consiliis, ac primum Principatus sui Di-

ctato-

Etatorem habere, quin etiam proprii Fi- **Sæcul. XV.**  
 lii sui Curatorem in obitu suo scribere **A.C. 1409.**  
 non dubitaverit. Ipsiusmet hujus Ducis  
 rogatu atque favore, primo Episcopus Vi-  
 centinus, postea Novariensis, & tandem  
 Mediolanensis Archiepiscopus eligitur.  
 Legatione etiam functus est ad Wences-  
 laum Romanorum, ac Bohemorum Re-  
 gem, a quo datis centum quinquaginta  
 florenorum millibus obtinuit, ut ditio Me-  
 diolanensis in Ducatum erigeretur. Om-  
 nium Scriptorum testimonio Sanctitas  
 morum, qua floruit, comprobatur. Ce-  
 tera laudatissimo, id tamen criminis datur,  
 quod tanta liberalitate in alios effusus es-  
 set, ut hæc vix non in prodigalitatis at-  
 que imprudentiæ vitium degenerasse vi-  
 deretur. Item quod Cardinalem S. Eu-  
 stachii, ad cuius arbitrium se quaquaver-  
 sum flecti patiebatur, cæco nimis affectu  
 prosecutus fuisset. Præterea Fleurius  
*Abbas de illo hæc scribit: (\*) Erat sa-Hist. Eccles.*  
*ne comis, ac liberalis, sed & cibos lautos & lib. C. §. II.*  
*vina generosa haud modice amabat.*

### §. CLXII.

#### Gersonii Cancellarii oratio coram Pontifice.

Peracto electionis actu Joannes Gerso- **Gerson.**  
 nius Academiæ Parisiensis Cancella- **oper. tom. 2.**  
 O 5 rius **part. I. pag. 131.**

(\*) Nullo tamen teste adducto.